

*In his multa incerta esse appareat. Tarquitius Priscus ille quo tempore vixerit non constat. M. Tarquitius Priscus proconsul Bithyniae sub Nerone (Eckhel 2, 402; Tac. ann. 14, 46) fortasse idem est. (Apud Vergilium catal. 7, 3 neque Tarquitii nomen certum est, et multo minus, hunc Tarquitium significari.)*

**2925** C. Passenno | C. f. Serg. | Paullo | Propertio | Blaeso.<sup>1</sup>

*Asisii (Murat. 1725, 4 = XI 5405 vidit Bormann). — 1) Passennus Paulus memoratur a Plinio ep. (6, 15. 9. 22) ut elegorum scriptor, imitator Propertii, a quo etiam genus ducebatur.*

**2926** C[ere]ri sacrum | [D. Iu]nius Iuvenalis | [trib.] coh. [I] Delmatarum<sup>1</sup>, | II[vir] quinq., flamen | divi Vespasiani, | vovit dedicav[itq]ue | sua pec.

*Supra Aquinum, prope locum dictum Roccasecca ad fluvium Melfi (X 5582 ad exemplum factum saec. XVIII a Cayro Aquinate). — 1) Iuvenalem specie honoris Roma summotum, scilicet cohorti praepositum esse in provincia longinqua tendente, narratur in vita eius codicibus carminum eius tradita (Iuvenal ed. Iahn a. 1851, p. 586 seq.). Cohors prima Delmatarum tendebat in Britannia (cf. supra N. 2616 not. 2). Et legitur in aliquo codice, ‘contra Scotos’ Iuvenalem ‘praefectum esse factum’, cum plures codices de Aegypto loquuntur.*

**2927**

C. Plinius L. f. Ouf. Caecilius [Secundus<sup>1</sup> cos.<sup>2</sup>] augur<sup>3</sup>, legat. pro pr. provinciae Pon[ti et Bithyniae] consulari potesta[t.] in eam provinciam e[x s. c. missus ab] imp. Caesar. Nerva Traiano Aug. German[ico Dacico p. p.<sup>4</sup>] curator alvei Ti[b]eris et riparum e[t cloacar. urb.<sup>5</sup>] praef. aerari Satu[r]ni<sup>6</sup>, praef. aerari mil[it.<sup>6</sup>, pr.<sup>7</sup>, trib. pl.<sup>7</sup>] quaestor imp.<sup>8</sup>, sevir equitum [Romanorum] trib. milit. leg. [III] Gallica[e<sup>9</sup>, Xvir stli]-tib. iudicand., ther[mas ex HS] . . . . <sup>10</sup> adiectis in ornatum HS CCC . . . . [et eo amp]lius in tutela[m] HS CC, t. f. i.<sup>11</sup>, [item in alimenta] libertor. suorum homin. C HS [XVIII] LXVI DCLXVI<sup>12</sup> rei [p. legavit, quorum in]crement. postea ad [epulum [pl]eb. urban. voluit pertin[ere] . . . : [item vivu]s dedit in aliment.<sup>13</sup> pueror. et puellar. pleb. urban. HS [D<sup>14</sup>, item bybliothecam<sup>15</sup> et] in tutelam bybliothecae<sup>15</sup> HS C.

*Mediolani, quattuor fragmenta magni lapidis, medio aevo adhibita apud S. Ambrosii in area mortuaria, nunc primum tantum (v. 4—8 dimid.) extat; Mediolanum adlata sunt sine dubio Como (V 5262 descr. Cyriacus et Alciatus, partem quae extat vidit Mommsen). Titulus pertinuit ad thermas testamento Plinii (cf. not. 11) Comi sine dubio, ubi natus fuit, constitutas. Titulos Plinio Comi vel prope Comum positos habemus complures (V 5263. 5667). Ex testamento Plinii positus est titulus Hisellas Eph. ep. 7 p. 444 cuius particula tantum extat (ad Plinium relatus a Bormanno arch. ep. Mittb. aus Oesterr. 15 p. 37). De vita Plinii iunioris egit Mo. Herm. 5 p. 59 seq. — 1) Plinii nomen videtur accepisse ab*